

(1) Sicut alias celsitudini vestre scripsimus, in festo Omnium sanctorum¹ applicavimus apud Rupem Mauram et significavimus camerario domini pape per diversas litteras, nos venisse ibidem | et quod nobis significaret de conscientia pape, quando et ubi vellet, quod nos iremus ad eum, estimantes, quod sicut facere debebat et ipse et alii summi pontifices facere consueverant, quod ipse esset ardens ad nos videndum et audiendum ambassationem nostram, antequam Avinionem ingrederetur. Qui camerarius de conscientia pape per diversas litteras respondit, quod placebat pape, quod veniremus ad eum in octab(is) Omnium sanctorum² Avinioni, excusans quod loca, ubi papa erat in comitatu Venicin(ensi), non poterant nos recipere cum aliis, qui papam sequebantur. Quod cum^a audivimus, fuimus admirati, quia sciebamur, quod loca erant ita magna et populosa, quod nos et plures poterant recipere. Ex quibus presumpserunt aliqui ex nobis, quod adventus noster non esset ei multum placidus. Aliqui ex nobis timuerunt, ne ad eum aliqua sintilla consilii vestri cause adventus nostri pervenisset. Tandem ibi expectavimus per octo dies. (2) Papa Avinioni non descendit in domo Predicatorum, in qua morari consueverat, sed in domo episcopali, que est in fortiori parte ville. Familia cardinalium amicorum vestrorum exiverunt nobis oviam, nullus de familia pape, camerarii vel marescalli exivit. Mirati fuimus, quia mutabat domum, cum nullam causam iustam eum habere sciremus, nisi quod aliqui dicebant, quod hoc faciebat ob adventum nostrum. Quod verum fuisse visum fuit aliquibus pro eo, quia audita ambassata nostra ibidem in domo episcopali tertia die³ descendit ad domum Predicatorum. (3) Post salutationem, ut alias scripsimus, comeatum nobis dedit, antequam audiret aliquod verbum a nobis, addens in verbis comeatus sui, quod nos

a) Folgt getilgt 'ad' Or.

(1882) S. 172—183 n. 4 nach Boutarics Ausgabe 'Revue des questions historiques' (1872) p. 23—39, die durchaus nicht fehlerfrei ist (s. oben S. 607) und eine ganz ungenügende Interpunction bietet. Ich behalte vorläufig die bisher übliche von Boutaric herrührende Eintheilung in Paragraphen bei, die gelegentlich die Sätze zerreißt. Das Or. ist continue geschrieben. Vgl. zum ganzen Bericht Holtzmann 'Wilhelm von Nogaret' S. 193 ff. — Es sei hier gestattet, auch den Abdruck der Antwort Philipps an Heinrich VII. (Wenck a. a. O. S. 171 n. 3) von einigen argen Entstellungen zu befreien. Im Anfang muss es natürlich statt 'oraculo vivo vocato' heissen 'oraculo vive vocis' und am Schluss statt 'proposuimus' und 'perpetuo' bzw. 'disponimus' und 'profectus'.
 1) Nov. 1. 2) Nov. 8. 3) Nov. 9.